Rogerus Bigot Comes Norfolcie. Omnibus hominibus & amicis suis. francis & anglis. presentibus & futuris. Salutem.
Sciatis me concessisse. dedisse. & presenti carta mea confirmasse. Waltero. Simoni. Eustachio & Petro filiis magistri
Willelmi de Bisingel(?) pro homagio & servicio suo. totum mesuagium cum pertinentiis quod idem magister Willelmus tenuit de me in
villa mea de Itha(?) quod iacet inter aquam. Que currit de marra de Itha versus Framelingham. cum pastu
ra. Que iacet ante portam curie mesuagii. Que se extendit a domo Willelmi Lecaillant(?) & a barra de
Itha. usque ad capud pomerii mei quod est proximum predicto mesuagio in eadem villa. Et preterea totam terram
quam tenent(?) de Canonicis de Leistun & Donewinco(?). quam Ada de Fordle eis dedit. Et totam terram que fuit
Sefare(?) in villa de Donelinco(?). filii. & ceteri qui de eorum communi consilio [..] confirmare [..]
tate. preter religioni. Habendum & tenendum. de me & heredibus meis. in feodo & hereditate. libere & quie
te reddendo inde annuatim octo solidos. & quatuor denarios. Scilicet ad festum Sancti Michaelis. iiii. solidos
& .iiii. denarios. & ad festum Sancti Martini proximo sequens. iiii. solidos. pro omni servicio. Consuetudine.
& exactione. Et pro hac concessione. donatione. & carte confirmatione. ipsi dederunt mihi
unum palefridum. de precio duarum marcarum. & unum molendinum ad ventum cum una roda terre
quod tenuerunt de Thebaldo [..] pro duobus denariis per annum. Testibus. Rogero de Braham.
Henrico & Gaufrido de Grumll(?). Normanno de Pesenhaill(?). Willelmo de Verdun. Rogero de Tibol(?)
Willelmo de [..]anz. Radulfo de Sengel(?) Ricardo de Wandingefeld. Willelmo de Gladenefeld(?)
Simone de Gimerin(?). Michel(?) clerico. Et multis aliis

27838

